

eurrit tūc homo nō idem significat supponit z appellat. sed si/  
gnificat hoīem in cōmuni. z supponit p p̄cularibz homibz. z  
appellat p̄culares homines tm̄ existentes

**¶** Finit tractat<sup>o</sup> decim<sup>o</sup> Sequitur  
tractat<sup>o</sup> vñdecim<sup>o</sup> de restrictōe

Restrictio est coartatio termi cōis a maiori suppo  
sitione ad minore: vt dcm̄ est plus. Restrictionuz  
aut̄ alia fit per nomen: vt hō albz. iste termin<sup>o</sup> hō  
non supponit p nigris. neqz pro medio colore coloratis sed re  
stringit ad albos. Alia fit p verbū: vt homo currit. iste termi  
nus homo supponit p p̄sentibz tm̄ Alia fit per p̄cipiū: vt cū  
dicitur hō currēs disputat. ille terminus hō supponit p p̄sentibz  
bus. Alia fit p implicatōem: vt cum d̄r. homo q̄ est albz cur  
rit. hec implicatio q̄ est albz restringit hoīes ad albos. ¶ Item  
restrictionū factarū p nomen. alia fit per inferius additū supe  
riori: vt aīal hō currit. ille terminus aīal tm̄ supponit p aīalibz  
que sunt hoīes. Alia fit per differentiā aduenientē generi que  
est essentialis cū sit cōstitutiva rei: vt cū d̄r. aīal rōnale. hic ani  
mal supponit p aīalibus rōnalibus. Alia fit p adiectm̄ accidē  
tis: vt cū d̄r. homo albz. iste terminus hō supponit tm̄ p albis  
hoibus. ¶ De restrictōe facta p nomē cōiter sumptū tales dā/  
tur regule. Omne nomē nō diminuēs neqz habēs vim ampliā  
di adiunctū ex eadē parte termio magis cōi restringit ipz ad  
supponendū p his ad que exigit sua significatio: vt p̄z in exē/  
plis p̄dictis: vt hō per suā significatōem restringit aīmal ad  
aīalia que sunt hoīes: vt cū d̄r. aīal homo. Et albz restringit ho  
minē p suā significatōem ad hoīes albos: vt cū d̄r. hō albz. Di  
co aut̄ nō diminuēs ad remouendū noīa diminutiōe rōez ad  
iuncti: vt mortuus vel corruptus z sista q̄ nō restringūt. sed  
potius destruūt adiunctū. Dico aut̄ nō hīs vim ampliādi ad  
remouendū d̄cōes ampliātiōis: vt p̄t potēs z possibile q̄ non  
restringūt s̄z potius ampliāt. Et scienduz qz minus cōe sp̄ re  
stringit magis cōe: vt cū d̄r. hō albz currit. qz hō reperit̄ in albz  
hoibz z nigris z medio colore coloratis. sed albz nō. Unde  
quo ad hoc hō ē magis cōe. z albz minus cōe. sic z albz restri/  
git hoīem. sed fm̄ qz albz reperit̄ in hoibz lapidibz z lignis z bru  
tis. hoc aut̄ nō. ideo vt sic albz est magis cōe z hō minus cōe.  
et sic homo coartat albz ad albedinē existentem in homibus



cum dicitur. albus homo currit. et sic vtrūq; coartat alterum  
 sicut diuersa. Item de termino restricto talis datur regula. Si  
 signum vniuersale adueciat termino restricto nō distribuit ip-  
 sum nisi p̄ his ad q̄ restringit. Lū em̄ dico. oīs homo albus cur-  
 rit. ibi homo restringit ad albos. et nō potest distribui nisi pro  
 albis. ¶ Item de restrictōe datur regula talis. Nichil positū a  
 parte p̄dicati potest restringere terminū cōem positū a parte  
 subiecti quo ad p̄ncipalē eius significatōem. vt hō est albus.  
 iste terminus albus in p̄dicato positus nō potest restringere ho-  
 minē in subiecto positū ad albos. qz si restringeret ad albos.  
 ergo p̄ regulam p̄cedentē. scz Si signū vniuersale aduenerit  
 termino restricto solū distribuit pro his ad que restringitur. et  
 sic inposito homo distribueret solum pro albis hominib;. et sic  
 istius positionis Omnis homo est albus. Sensus esset. oīs  
 homo albus ē albus. ergo si vna erit vera. reliqua erit vera. quod  
 tamen est falsum. ergo cum dicitur. oīs homo est albus. iste termi-  
 nus homo nō restringitur. et sic patet illa regula. Dico at̄ quo  
 ad p̄ncipalē eius significatōem. qz p̄dicatum restringit sub-  
 lectum quo ad cōsignificatōem que est genus: vt cum dicitur. Cy-  
 gnus est albus. hic cygnus restringit ad mares et nō ad feias. et sic  
 albus restringit ip̄m quo ad cōsignificatōem que est genus et  
 nō quo ad suam significatōem. ¶ Item de restrictōe facta per  
 implicatōem talis datur regula. Dis implicatio immediate  
 cōiuncta termino cōmuni restringit ip̄m sicut suū adiectiuū  
 vt cum dicitur. homo qui est albus currit. iste terminus homo re-  
 stringitur ad albos per hanc implicatōem qui est. ¶ Item de  
 eadem restrictione talis datur regula. Quotienscūq; signum  
 vniuersale et implicatio ponūtur in eadem locutōe. duplex est  
 orō. ex eo qd signum potest p̄cedere implicatōes. et sic distribu-  
 it terminū cōem pro quolibet suo supposito. cum dicitur. oīs ho-  
 mo currit q̄ est albus. Item implicatio potest p̄s adueire et  
 restringere terminū cōem et tunc signum postea adueiens nō di-  
 stribuit ipsum nisi pro his ad que restringitur: vt oīs homo  
 qui est albus currit. et tunc equalet hūc oīs homo albus cur-  
 rit. ¶ Sequitur de restrictōe facta per verbum de qua tres dan-  
 tur regule. ¶ Prima est terminus cōis supponēs vel apponēs  
 verbo p̄ntis t̄pis simpliciter sumpto non habens vim ampli-  
 andi neq; ex se neq; ex alio restringitur ad supponendum pro



his que sunt sub forma termini cōmunis supponentis. Dico autē termini cōmunis. qz terminus discretus neqz restringitur neqz ampliatur. Dico autē verbo presentis temporis ad remouendum verba aliorum temporum. qz terminus cōmunis aliam habet supponem cum eis. Dico autē simplr sumpto ad remouendum verba sumpta cum particulis diminuentibz: vt est optabile z inoptabile. Dico autem non habētibus vim ampliandi ad remouendum verba ampliata: vt potest. Dico autem neqz ex se neqz ex alio ad remouendum verba habentia vim ampliandi ex alio: vt puta ex coniuncto sicut hoc verbum est. cum dicitur est potens. Dico autem sub forma termini supponentis. qz homo supponit pro his q̄ sunt sub humaitate. et aīal que sunt sub aīalitate. vt cum dicitur homo est aīal. ¶ **Secūda** regula. Terminus cōmunis supponens vel apponens verbo de preterito simplr sumpto non habenti vim ampliandi nec ex se nec ex alio restringitur ad supponendum pro his q̄ sunt vel que fuerunt sub forma termini supponentis: vt cum dicitur homo fuit aīal. iste terminus homo supponit pro hoibus q̄ sunt vel fuerunt homines. z aīal pro his que sunt vel fuerunt aīalia. ¶ **Tercia** regula. Dis terminus cōmunis supponens vel apponens verbo de futuro. etiam supponit pro his que sunt vel erunt sub forma termini supponentis. scz p̄ eis que sunt vel erunt in futuro: vt homo erit aīal. Ex predictis patet q̄ verbis restringit quo ad consignificatōem que est terminus z non quo ad significatōem p̄ncipalem. ¶ **Circa** predicta queritur de sophismate. Omne aīal fuit in archa noe. Probatur. Homo fuit in archa noe. equus fuit in archa noe. z cūc. ergo omne animal fuit in archa noe. Contra. Omne aīal fuit in archa noe sed cesar fuit aīal. ergo cesar fuit in archa noe. quod est falsum ergo aliqua premissarum est falsa. non minor ergo maior. q̄ autem p̄ma sit falsa. patet per quandam regulam que dicit. q̄ terminus communis supponens vel apponens verbo de preterito simplr sumpto restringit pro his que sunt vel fuerūt sub forma termini supponentis. ¶ **Item** est alia regula q̄ si s̄vntū vniuersale adueciat termino restricto dūtribuit ipsum pro omnibus his ad que restringebatur. Ergo cum dicitur. omne aīal fuit in archa noe. iste terminus aīal supponit pro omni animalibus quod fuit in archa noe. z pro his que non fuerunt in archa



noe ergo prima est falsa. Item ad idem in hac propositione  
Omne animal quod tunc fuit in archa noe. iste terminus animal  
magis restringitur. q̄ in illa ordine. omne animal fuit in archa noe  
Sed iste terminus animal restringitur ad illa que tunc in illo tē  
pore fuerunt in archa propter implicatōem ibi positam. ergo  
solum illa que fuerunt in illo tempore fuerunt in archa noe. z  
non plura. Oportet ergo q̄ hec sit falsa. omne animal fuit in ar  
cha noe. cum in eo plura animalia supponuntur. Solutio. q̄dā  
dicunt q̄ hec. omne animal fuit in archa noe est duplex. eo q̄ po  
test fieri distributio pro singulis generum vel pro generibus  
singulorum. Primo modo est falsa. secūdo modo est vera. nā  
quando fit distributio pro singulis indiuiduis que sub eodem  
genere z sub eadem specie continentur. tunc oporteret q̄ om  
nia indiuidua contenta sub animalis fuissent in archa noe. quod ē  
falsum. Sed cum fit distributio pro generibus singulorum  
tunc solum est distributio pro generibus vel pro sp̄ibus. s̄ nō  
fuit aliqua sp̄es animalis que nō fuit in archa noe. z illo modo ē  
vera. Sed huic solutioni non acquiesco. qz sp̄es animalis non fuit  
per se in archa noe. sed tm̄ indiuiduum. Unde pro illo tempo  
re non habuit veritatem nisi pro singulis generum. tō est pro  
indiuiduis z non pro generibus singulorum vnde dico q̄ p  
positio est falsa. z concedo omnes rōnes adductas ad hoc. Et  
probatio peccat s̄m consequens ab insufficienti inductōe. q̄a  
nō accipit omnes partes distributōis que sunt sub subiecto  
istius propositionis. omne animal fuit in archa noe. ¶ Solet  
etiā queri vtrū simul restringantur termini in p̄pōne affirmatiua  
z negatiua. Dicunt alii q̄ nō: qz esse restringit ad exītes. z non  
esse ad nō exītes. ergo nō pro eodem fit restrictio in affirmati  
ua z negatiua. Item videt q̄ oīs negatiua in qua esse negatur  
simplr est falsa. si s̄līr restringantur termini in p̄positōe negatiua z  
affirmatiua. qz in hac p̄pōne. rosa est. Iste terminus rosa restrin  
git ad exītes. z si in hac. rosa nō est. s̄līr est restringat ad existen  
tes. tūc est sensus. q̄ rosa que nō est. est. z hec ē falsa. ergo z hec  
rosa nō est. Et sic quelibet negatiua in qua esse negat esset sim  
pliciter falsa. qd̄ falsum ē. ergo videt q̄ nō s̄līr restringunt ter  
mini in p̄pōne affirmatiua z negatiua. Sed p̄bat q̄ s̄līr restrin  
gant. qz si in hac p̄pōne. hō est. iste terminus hō restringit ad ex  
istentes in hac p̄pōne. nullus homo est ad nō existentes. ergo



utraque est vera. quia de existentibus vere predicatur esse. et de non existentibus vere remouetur esse. ergo contradictorie sunt si mul vere quod est impossibile. ergo et illud. ex quo sequitur scilicet quod non sibi restringantur termini in affirmatiua et negatiua. Item regula est. quod omne verbum simpliciter sumptum non habens vim ampliandi nec a se nec ab alio restringit terminum supponentes quo ad consignificationem que est tempus. et non quo ad significationem. ergo tempus est causa restrictionis illius. Sed idem tempus est in affirmatiua et negatiua sibi opposita: ut rosa est. nulla rosa est. ergo eadem est causa restrictionis in utraque. et ergo pro eodem fit restrictio in utraque. Et hec argumenta concedimus.

¶ Ad hoc quod primo obijciatur est dicitur quod esse non restringit ad existentes. et non esse non restringit ad non existentes. Sicut nec hoc verbum curro ad currentes. quia nullum verbum restringit terminum sibi supponentem quo ad significationem sed quo ad consignificationem que est tempus. Unde non restringit ad supposita existentia sed presentia. Supposita enim presentia possunt esse in aliquibus terminis tam existentia quam non existentia: ut cum dico. enunciabile est. enunciabile supponit tam pro existentibus quam pro non existentibus. Dia enim enunciabilia que sunt falsa in presenti sunt presentia sed non existentia. quia nullum falsum existit sed sic esse non restringit ad existentia sed ad presentia. cum idem tempus sit utrobique quod est causa restrictionis.

¶ Ad aliam dicendum quod duplex est forma termini communis. quedam est que saluatur in rebus existentibus tantum: ut humanitas que est forma hominis. aialitas que est forma aialis. et in talibus omnia supposita presentia sunt existentia.

¶ Alia est forma termini communis que saluatur tam in rebus existentibus quam non existentibus: ut enunciabilitas que est forma enunciabilis. nam quedam sunt enunciabilia existentia: ut deum esse. et omnia vera. Et alia sunt non existentia: ut hominem esse asinum. et omnia falsa. Et in talibus non restringitur terminus communis ad existentia. sed restringitur tam ad existentia quam ad non existentia. Unde istius propositionis. Rosa non est. non est sensus. rosa que est non est. sed est sensus. Rosa aliter sumpta quam in presenti non est.

¶ Solet autem poni quod quedam restrictio fit ab usu: ut cum dicitur. Nihil est in arca quamuis plena sit aere. quia iste terminus nihil supponit ab usu pro rebus solidis siue firmis. Et rex pro rege